MASTER
NEGATIVE
NO. 93-81179-9

MICROFILMED 1993

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
"Foundations of Western Civilization Preservation Project"

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States - Title 17, United States Code - concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material.

Under certain conditions specified in the law, libraries and archives are authorized to furnish a photocopy or other reproduction. One of these specified conditions is that the photocopy or other reproduction is not to be "used for any purpose other than private study, scholarship, or research." If a user makes a request for, or later uses, a photocopy or reproduction for purposes in excess of "fair use," that user may be liable for copyright infringement.

This institution reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR:

TROOST, KARL

TITLE:

ZENONIS CITIENSIS DE REBUS PHYSICIS

PLACE:

BEROLINI

DATE:

1891

Master Negative #
93-81179-9

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

880.5
B451
v.12

Troost, Karl Ewald. 1854-

Zenonis Citiensis de rebus physicis doctrinae fundamentum ex adjectis fragmentis constituit Karl Troost. Berlin, Verlag von S. Calvary & co., 1891.

87, [1] p. double tab. 22½cm. (*Added t.-p.:* Berliner studien für classische philologie and archaeologie. 12. bd., 3. hft.)

183
Z8
v.1

Part 1 (*i. e.* up to p. 38) published (Berlin, 1891) as the author's inaugural dissertation, Breslau.

Bibliographical foot-notes.

"Index tractatorum locorum": p. 85-86.

1. Zeno, of Citium.

Title from Illinois Univ.
Library of Congress

A C 34-2411

[PA25.B4 bd. 12, hft. 3]

[2]

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm REDUCTION RATIO: 13X
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 3/14/93 INITIALS BAP
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202

Centimeter

Inches

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

Zeno, of Citium 358?-260? BC 183
no. 9
Z8

ZENONIS CITIENSIS

DE REBUS PHYSICIS DOCTRINAE FUNDAMENTUM EX ADIECTIS FRAGMENTIS CONSTITUITUR.

(PARS I.)

DISSERTATIO INAUGURALIS PHILOSOPHICA

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AUCTORITATE AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE VIADRINA

RITE CAPESSENDOS

UNA CUM THESIBUS

DIE VII. M. MARTII A. MDCCCXCI. HORA XII.

IN AULA MINORE

IN PUBLICO DEFENDET

KARL TROOST,

GUESTFALUS.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT:

DR. PHIL. SEIDEL, W. SCHROEDER, Progymnasii Francosaxensis doctores.

BEROLINI.

TYPIS EXPRESSIT MARTIN OLDENBOURG.

MDCCCXCI.

PRAEMITTENDA.

Zenonis Citiensis de rebus physicis doctrinam cum Hemingius Forellus (Upsalae 1700), G. F. Jenichen (Lipsiae 1724) brevi tantum comprehendissent, diligentius P. Weygoldt (»Zeno von Citium und seine Lehre«, Jena 1872, Dissertation) et Ed. Wellmann (»Die Philosophie des Stoikers Zenon«, Rostock 1873, Dissertation u. Jahrb. für Philologie 1873. p. 433—490) adumbrare studuerunt. Quos multa omisisse haud ita multo post C. Wachsmuth comment. I et II de Zenone Citiensi et Cleanthe Assio, Gottingae 1874 ostendit. Cuius fragmenta deinde Wellmann in annal. Fleckeis. 1877. p. 800 ita interpretatus est, ut argumentationem a. 1873 inceptam suppleret. Ipsa Zenonis fragmenta inde ab illo tempore neque aucta neque denuo tractata sunt. Haec vero opera rei novos aperuerunt fontes. Hermanni Dielesii qui »Doxographi Graeci« inscriptus est liber pro illustrissimis suis meritis satis est pervulgatus. Stobaei eclogas brevi post C. Wachsmuth recensuit et cum apparatu critico magni pretii edidit Berol. 1884. Cuius viri doctissimi e seminario philologico Heidelbergensi interea prodierunt a. 1883 et 1885

duae Andronici qui fertur *περὶ παθῶν* libelli editiones et ipsae minime contemnendae. Paulo ante a. 1882 R. Hirzel in Ciceronis scripta philosophica inquisiverat reique nonnulla attulerat adiumenta. Zelleri tertiam et auctam editionem a. 1880 supersedeo laudare; sed et Ludov. Stein in libro: »Die Psychologie der Stoa«. 1. Bd.: »Metaphysisch-anthropologischer Theil«, Berlin 1886; 2. Bd.: »Die Erkenntnistheorie der Stoa«, Berlin 1888 etsi multa incundius quam verius disseruit, tamen et multa nova rei suppeditavit. Idem Zenonis ad physicen pertinentem doctrinam separatim addidit tractatam. Quae quidem argumentatio cum mihi minus probetur, rem additis fragmentis denuo tractare est visum. Quamquam enim Steinii summam iam ipso hoc anno refutavit Clemens Baeumker, cum opere suo: »Das Problem der Materie in der griechischen Philosophie. Eine historisch-kritische Untersuchung, Münster 1890« toti de materia quaestioni laetissimam attulit lucem, tamen Stoicorum communes tantum expedivit sententias.

De libris autem Zenonis, cum ex iis quae Wellmann l. l. 1873. p. 436. 1877. p. 800, Wachsmuth comm. 1874. p. 4, Zeller l. l. III³ p. 32, adn. 1 disseruerunt, satis pateat, rem tam obscuram esse, ut quamdiu uberiores fontes lateant vix possit profligari, denuo verba facere liceat supersedere.[1])

---

[1]) De uno tantum Citiensis libro quid videatur addiderim. Laertius in catalogo illo Zenoneo (VII, p. 4) postquam ceteros libros enumeravit addit: 15. *ἀπομνημονεύματα Κράτητος ἠθικά*. Editores scribunt: *απομνημονεύματα, Κράτητος ἠθικά*. Consentit Weygoldt p. 13. Zeller p. 32.

Quibusnam denique iudicandi notis et regulis freti rem adeamus inquirenti, etsi leges illae, quas Wellmann l. l. 1873 p. 435 et Stein l. l. I, p. 152 sibi assumpserunt, vix eae visae sunt, quas certos duces sequamur, tamen huic fere normae erit parendum.

1. Qui loci claris verbis Zenoni tribuuntur, digni videntur, quibus fidem habeamus, dummodo ne causa obstet, qua scriptori diffidamus aut totius scholae esse sententiam existimemus, quae principis prodatur. Qualis nuntius eo firmior est, quo planius Zeno ab iis internoscitur, qui successerunt.

At Wachsmuth Diogenis lectionem tuetur (p. 4) cum E. Koepkio »Ueber die Gattung der *ἀπομνημονεύματα* in der griechischen Litteratur« (Brandenburg 1857) p. 15. Adstipulatur Wellmann 1877 p. 801. Quibus Schiche »de Ciceronis de divinatione fontibus« Jenae 1875 p. 2, cum Cobetio et Koepkio respondet, recte opponit, nunquam voce »*ἀπομνημονεύματά τινος*« commentationem significari de aliquo, sed genetivo semper auctorem declarari. (cf. Philodemi *περὶ εὐσεβ.* ed. Gomperz p. 71.) Idem Krischio (»die theolog. Lehren der griechischen Denker, eine Prüfung der Darstellung Ciceros.« Götting. 1840), qui p. 365 censet Zenonem de Cratete commentarios scripsisse aeque ac Persaeus et Ariston libros de Zenone scripserint (Diog. VII, 36. 163) merito occurrit, cum verisimile esse ostendit, Persaei librum *ἠθικαὶ σχολαί* de tota Zenonis aetate egisse, Aristonem autem cum a Zenone defecerit de eo scribere abstinuisse. (Diog. VII, 18. 167. Krische p. 407). Accedere quod Krische ipse p. 365 similem librum *Ἀρίστων* inscriptum fuisse concedat. —

Quodsi animum intendimus in locum Ciceronis de divin. I, 36 (Cleanthem plurimas Zenonis sententias summa cum constantia retinuisse) comparamusque Cleanthis a Plut. Stoic. rep. VII, 4 commemoratum librum »*ὑπομνήματα φυσικά*«, opinatus sim, Zenonis quoque *ἀπομνημονεύματα* ad res physicas pertinuisse. Athenaeum autem, qui IV, p. 162 B. libri mentionem facit, minus accurate libros complures et Stilponis et Zenonis a Persaeo excerptos una »*ὑπομνημονεύματα*« voce comprehendisse iuste Schiche existimat. —

2. In qua re discernenda accurate animadvertendum, ne scriptoris verba Citiensis putemus. Quapropter typis expressis significabimus, quae dubiis locis Zenonea habenda sint.

3. Alios locos a Stoicorum principe originem accepisse non confidemus, nisi fidis subnisi argumentis.

---

1. DE RERUM PRIMORDIIS.

Sunt duo universi primordia (*ἀρχαί*): *τὸ ποιοῦν* et *τὸ πάσχον*. cf. No. 1*α*.

a. *Τὸ πάσχον* est omnium rerum materia, essentia, silva (ut cum Chalcidio vocem »*ὕλην*« interpreter), quae caret quidem omni sensu et figura (*ἄποιος οὐσία*, *ὕλη* No. 1*β*), non vero caret vi patiendi (*αἴτιον τοῦ πάσχειν* No. 2. 4.) E qua materia omnia profecta enataque sunt. No. 3. 5*β*.

No. 1. Diog. Laert. VII, 134. *α*) *δοκεῖ δ' αὐτοῖς ἀρχὰς εἶναι τῶν ὅλων δύο, τὸ ποιοῦν καὶ τὸ πάσχον. β*) *τὸ μὲν οὖν πάσχον εἶναι τὴν ἄποιον οὐσίαν τὴν ὕλην, γ*) *τὸ δὲ ποιοῦν τὸν ἐν αὐτῇ λόγον τὸν θεόν· τοῦτον γὰρ ἀΐδιον ὄντα διὰ πάσης αὐτῆς δημιουργεῖν ἕκαστα. τίθησι δὲ τὸ δόγμα τοῦτο Ζήνων μὲν ὁ Κιτιεὺς ἐν τῷ περὶ οὐσίας, Κλεάνθης δ' ἐν τῷ περὶ ἀτόμων κτλ.*

No. 2. Aëtii pl. I, 3, 25 (H. Diels, Doxographi Graeci, Berolini 1879 p. 289)[1]), Plut. plac. I, 4: *Ζήνων Μνασέου Κιτιεὺς ἀρχὰς μὲν τὸν θεὸν καὶ τὴν ὕλην, ὧν ὁ μέν ἐστι τοῦ ποιεῖν αἴτιον*[2]), *ἡ δὲ τοῦ πάσχειν, στοιχεῖα δὲ τέσσαρα* (sc. *λέγει*).

No. 3. Achilles Tat. isag. in Arati phaenomena c. 3 in Petavii Uranol. (de doctrina temporum, Antwerpiae

---

[1]) Qui liber infra citatur: »Dox.«

[2]) *αἴτιος* cet. codd , *αἴτιον B. αἴτιον* magis Zenoneae sententiae respondere quam *αἴτιος* ex iis quae infra p. 13 sq. disputata sunt elucebit. Librario autem codicis *A* doctiori quidem, sed Zenonea doctrina minus imbuto,

2. In qua re discernenda accurate animadvertendum, ne scriptoris verba Citiensis putemus. Quapropter typis expressis significabimus, quae dubiis locis Zenonea habenda sint.

3. Alios locos a Stoicorum principe originem accepisse non confidemus, nisi fidis subnisi argumentis.

---

1. DE RERUM PRIMORDIIS.

Sunt duo universi primordia (*ἀρχαί*): *τὸ ποιοῦν* et *τὸ πάσχον*. cf. No. 1*α*.

a. *Τὸ πάσχον* est omnium rerum materia, essentia, silva (ut cum Chalcidio vocem »*ὕλην*« interpreter), quae caret quidem omni sensu et figura (*ἄποιος οὐσία*, *ὕλη* No. 1*β*), non vero caret vi patiendi (*αἴτιον τοῦ πάσχειν* No. 2. 4.) E qua materia omnia profecta enataque sunt. No. 3. 5*β*.

No. 1. Diog. Laert. VII, 134. *α*) *δοκεῖ δ' αὐτοῖς ἀρχὰς εἶναι τῶν ὅλων δύο, τὸ ποιοῦν καὶ τὸ πάσχον. β*) *τὸ μὲν οὖν πάσχον εἶναι τὴν ἄποιον οὐσίαν τὴν ὕλην, γ*) *τὸ δὲ ποιοῦν τὸν ἐν αὐτῇ λόγον τὸν θεόν· τοῦτον γὰρ ἀΐδιον ὄντα διὰ πάσης αὐτῆς δημιουργεῖν ἕκαστα. τίθησι δὲ τὸ δόγμα τοῦτο Ζήνων μὲν ὁ Κιτιεὺς ἐν τῷ περὶ οὐσίας, Κλεάνθης δ' ἐν τῷ περὶ ἀτόμων κτλ.*

No. 2. Aëtii pl. I, 3, 25 (H. Diels, Doxographi Graeci, Berolini 1879 p. 289)[1]), Plut. plac. I, 4: *Ζήνων Μνασέου Κιτιεὺς ἀρχὰς μὲν τὸν θεὸν καὶ τὴν ὕλην, ὧν ὁ μέν ἐστι τοῦ ποιεῖν αἴτιον*[2]), *ἡ δὲ τοῦ πάσχειν, στοιχεῖα δὲ τέσσαρα* (sc. *λέγει*).

No. 3. Achilles Tat. isag. in Arati phaenomena c. 3 in Petavii Uranol. (de doctrina temporum, Antwerpiae

---

[1]) Qui liber infra citatur: »Dox.«

[2]) *αἴτιος* cet. codd, *αἴτιον B. αἴτιον* magis Zenoneae sententiae respondere quam *αἴτιος* ex iis quae infra p. 13 sq. disputata sunt elucebit. Librario autem codicis *A* doctiori quidem, sed Zenonea doctrina minus imbuto,

Eadem non infinita, sed finita est (No. 50*a*)[1]) singulisque mundi partibus commune subest fundamentum. Partes universi nimirum non manent, sed separantur atque coniunguntur; diminuuntur et coartantur item atque augentur et amplificantur.

1705, p. 75): *Ζήνων ὁ Κιτιεὺς ἀρχὴν εἶναι λέγει τῶν ὅλων θεὸν καὶ ὕλην. θεὸν μὲν τὸ ποιοῦν, ὕλην δὲ τὸ ποιούμενον ἀφ' ὧν τὰ τέσσαρα στοιχεῖα γεγονέναι.*

Schahrastâni, Religionsparteien und Philosophenschulen übers. v. Harbrücker II 132 (Dox. 289): »Plutarch berichtet, dass Zenon gemeint habe die Wurzeln seien nur Gott und der Grundstoff allein: Gott sei die thätige Ursache, der Grundstoff das passive.«

No. 4. Clemens Romanus Homil. V, 18: *Ζήνων . . . διὰ πάντων τὸ θεῖον εἶναι* [*ἶέναι* corr. Coteler.] *λέγει.*

No. 5. Diog. VII, 150: *α) Οὐσίαν δέ φασι τῶν ὄντων ἁπάντων τὴν πρώτην ὕλην, ὡς καὶ Χρύσιππος ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Φυσικῶν καὶ Ζήνων. β) ὕλη δέ ἐστιν ἐξ ἧς ὁτιδηποτοῦν γίνεται. γ) καλεῖται δὲ διχῶς, οὐσία τε καὶ ὕλη, ἥ τε τῶν πάντων καὶ ἡ τῶν ἐπὶ μέρους. ἡ μὲν οὖν τῶν ὅλων οὔτε πλείων οὔτ' ἐλάττων γίνεται, ἡ δὲ τῶν ἐπὶ μέρους καὶ πλείων καὶ ἐλάττων.*

αἴτιον nimirum tolerari nequire est visum. Contra codex Marcianus (*B*), »multo neglegentius exaratus (quam *A*) et interpolationum plenior. At feliciter accidit, ut eadem librarii oscitantia, qua apertissima glossemata saepe insulsissime inculcata sunt, inter reliquam istius modi farraginem antiquae memoriae plurimae variae lectiones felicissime servarentur. Atque haec est propria Marciani virtus.« (Dox. p. 34). Itaque hoc quoque loco Marcianum iudico sequendum.

[1]) No. 50 *a* re vera Zenonis doctrinam significari idem Chalcidius in cap. 295 (Wrobel p. 324, 19) his nobis aperit verbis: »Denique Stoicos (Zenonem a Chalcidio intellegi ex iis quae antecedunt elucet cf. No. 50) definitam et limitatam silvam esse natura propria, Pythagoran vero infinitam et sine limite dicere. cumque illi quod natura sit immensum non posse ad ordinem atque modum redigi censeant, Pythagoran . .« Neque aliter Zenonis sententia ad doctrinam de vacuo spatio (p. 17 infra) quadraret.

SERENISSIMI AC POTE
SVMMIS A
Q. D. B
GVILE
IMPERATORIS AVGVSTI GERMAN
PRESIS AC DOMINI NOSTRI IVS

Q. D. B. V.

SVMMIS AVSPICIIS

SERENISSIMI AC POTENTISSIMI PRINCIPIS

GVILELMI II.

IMPERATORIS AVGVSTI GERMANICI REGIS BORVSSIAE ETC.

REGIS AC DOMINI NOSTRI IVSTISSIMI ET CLEMENTISSIMI,

EIVSQVE AVCTORITATE REGIA

VNIVERSITATIS LITTERARVM VRATISLAVIENSIS

RECTORE MAGNIFICO

SIGFRIDO BRIE

IVRIS VTRIVSQVE DOCTORE PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO REGI A CONSILIIS IVSTITIAE INTIMIS

EX DECRETO ORDINIS MEDICORVM

PROMOTOR LEGITIME CONSTITVTVS

RVDOLPHVS PETRVS HENRICVS HEIDENHAIN

MED. ET CHIR. DOCTOR PROFESSOR PVBLICVS ORDINARIVS, INSTITVTI PHYSIOLOGICI DIRECTOR, REGI A CONSILIIS MEDICIS INTIMIS
ORDINIS DE AQVILA RVBRA TERTIAE CLASSIS ET ORDINIS DE CORONA SECVNDAE CLASSIS EQVES

MEDICORVM ORDINIS H. A. PRODECANVS

VIRO DOCTISSIMO

OTTONI LASCH

SILESIO

EXAMINE MAGNA CVM LAVDE SVPERATO ET DISSERTATIONE INSCRIPTA

„EIN BEITRAG ZU DER FRAGE: WANN WIRD DIE LUES CONSTITUTIONELL?“

PVBLICE DEFENSA

MEDICINAE ET CHIRVRGIAE DOCTORIS

NOMEN IVRA PRIVILEGIA

RITE CONTVLIT

COLLATAQVE

PVBLICO HOC DIPLOMATE

DECLARAVIT

DIE XXIII. MENSIS FEBRVARII A. MDCCCLXXXXI.

OTTONI LASCH

SILESIO

EXAMINE MAGNA CVM LAVDE SVPERATO ET DISSERTATIONE INSCRIPTA

„EIN BEITRAG ZU DER FRAGE: WANN WIRD DIE LUES CONSTITUTIONELL?“

PVBLICE DEFENSA

MEDICINAE ET CHIRVRGIAE DOCTORIS

NOMEN IVRA PRIVILEGIA

RITE CONTVLIT

COLLATAQVE

PVBLICO HOC DIPLOMATE

DECLARAVIT

DIE XXIII. MENSIS FEBRVARII A. MDCCCLXXXXI.

VRATISLAVIAE

TYPIS OFFICINAE VNIVERSITATIS (W. FRIEDRICH).

INAUGURATA
S. V.
VSPICIIS
NTISSIMI PRINCIPIS
LMI II.
TICI REGIS BORVSSIAE ETC.
TISSIMI ET CLEMENTISSIMI

Itaque posterius quoddam substratum est, quod subest rebus qualitatibus distinctis, veluti ferrum, aes, aurum communis materia sunt illarum rerum, quae ex his fabrefiunt, angustioreque vi *ὕλη* nominatur (No. 5*γ*. 7.) At quae omnibus rebus subest materia sine ulla forma ac specie priusque intellegitur substratum, latiore vi *ὕλη* et *πρώτη ὕλη* et *οὐσία* vocatur (No. 1*α*. 5. 6. 7.)[1])

b. *Τὸ ποιοῦν* est *ὁ ἐν τῇ ὕλῃ λόγος* (No. 1*γ*.) sive *ὁ θεός* (No. 1*γ*. 2. 8. 3. 4. 9. 10.) sive *τὸ τοῦ ποιεῖν αἴτιον* (No. 2).

No. 6. Arii Did. epit. fr. phys. 20. (Dox. 457.) Stob. ecl. p. 322 Heeren, 132 Wachsmuth: *Ζήνωνος. α) Οὐσίαν δὲ εἶναι τὴν τῶν ὄντων πάντων πρώτην ὕλην, ταύτην δὲ πᾶσαν ἀΐδιον καὶ οὔτε πλείω γινομένην οὔτε ἐλάττω. β) τὰ δὲ μέρη ταύτης οὐκ ἀεὶ ταὐτὰ διαμένειν, ἀλλὰ διαιρεῖσθαι καὶ συγχεῖσθαι. γ) διὰ ταύτης δὲ διαθεῖν τὸν τοῦ παντὸς λόγον, ὃν ἔνιοι εἱμαρμένην καλοῦσιν, οἷόν περ καὶ ἐν τῇ γονῇ τὸ σπέρμα.*

No. 7. Chalcidius in Plat. Timaeum ed. Wrobel c. 290: Plerique tamen silvam separant ab essentia, ut Zeno et Chrysippus. Silvam quippe dicunt esse id quod subest his omnibus quae habent qualitates, essentiam vero primam rerum omnium silvam vel antiquissimum fundamentum earum, suapte natura sine vultu et informe: ut puta aes, aurum, ferrum et cetera huius modi silva est eorum, quae ex isdem fabrefiunt, non tamen essentia. At vero quod tam his quam ceteris ut sint causa est, ipsum esse substantiam.

No. 8. Theodoret. Gr. aff. cur. IV, 12: *Ζήνων δὲ ὁ Κιτιεὺς ὁ Μνασαίου* [eodem errore ac Stobaeus] *ὁ Κράτητος φοιτητὴς ὁ τῆς Στωικῆς ἄρξας αἱρέσεως, τὸν θεὸν καὶ τὴν ὕλην ἀρχὰς ἔφησεν εἶναι.* (Dox. p. 289.)

---

[1]) Quod discrimen Zeno de Aristotelis disciplina sibi videtur assumpsisse. (cf. Baeumker, das Problem der Materie in der griech. Phil. Münster 1890 p. 241).

Est aeternum (No. 1γ. 6α.), omnium rerum ultima causa, quae creaturas procreans et fingens per mundum permeat. (No. 2. 4. 6γ) [Cuius de natura vide p. 20].[1])

No. 9. Aëtii pl. I, 3, 25 (Dox. p. 289). — Stob. ecl. I, 306 H. 126 W.: *Ζήνων Μνασαίου* [*Μνασαίου* Stob. F P Diels, *Μνασέου* Plut. Wachsm.] *ἀρχὰς τὸν θεὸν καὶ τὴν ὕλην, στοιχεῖα δὲ τέσσαρα.*

No. 10. Philo interpolatus de prov. I, 22 (Dox. p. 289) ed. Aucheri Venet. 1822 sermo I p. 12 (Wachsm. fr. phys. 5): Zeno Mneae [Mnaseae corr. Wachsm.] filius aerem [aerem e lectione *ἀρχάς* errore ortum ostendit Diels Dox. p. 2] deum materiam et elementa quatuor. (Wachsmuthius suo fragmento errore nonnulla Philonis verba addidit. cf. Dox. p. 2 sq.)

[1]) Cognitione tantum et cogitatione non re ipsa haec duo Zenonis primordia differre infra p. 24 ostendetur. Ceterum multis locis duo illa principia una voce *οὐσία*, *ὕλη*, *πρώτη ὕλη* nulla huius vel illius significationis ratione habita nominantur. Quod quidem convenire videtur illo loco Arii, quem Baeumker p. 331 affert, fr. 20. Dox. p 458. Stob 324 H. I, 133 W.: *Χρυσίππου Στωικοῦ. Τῶν κατὰ ποιότητα ὑφισταμένων πρώτην ὕλην* (sc. *οὐσίαν εἶναι*)· *ταύτην δὲ ἀΐδιον, οὔτε αὔξησιν οὔτε μείωσιν ὑπομένουσαν.* Hactenus de illa essentia sermo est, quae est *ἡ τῶν πάντων οὐσία.* (cf No. 5γ *διχῶς καλεῖται κτλ.*) Quae sequuntur (*διαίρεσιν δὲ καὶ σύγχυσιν ἐπιδεχομένην κατὰ μέρη, ὥστε φθορὰς γίνεσθαι ἔκ τινων* [codd. *τῶν*; corr. Diels p. 854] *μερῶν εἴς τινα οὐ κατὰ διαίρεσιν, ἀλλὰ κατ' ἀναλογίαν* [Wachsm.: *εἴς τινα* [*οὐ*] *κατὰ διαίρεσιν, ἅμα κατ' ἀναλογίαν*] *τῇ συγχύσει* [Diels *κατ' ἀνάλυσιν ἢ σύγχυσιν*] *τινῶν γινομένων ἔκ τινος* [Wachsm.: *τινων*] — ad illud *πάσχον* pertinent, quae est *ἡ κατὰ μέρη οὐσία* (No. 5 *ἡ ἐπὶ μέρους*).

Item enim atque Zenon No. 6, quod eodem loco Aetii antecedit, Chrysippus dicere velle videtur: silvam per se immotam moveri et fingi in partes permeante per eam illa vi quae sit *τὸ ποιοῦν* sive deus. — Ceterum suspicari possis legendum esse *τὴν πάσῃ ποιότητι ὑφισταμένην* collatis locis Plut. Stoic. rep. c. 43. 4. comm. not. c. L, 1. Sed *τὰ κατὰ ποιότητα* (= *κατὰ τὸ ποιόν*) *ὑφ.* valet: res qualitatibus distinctae (nos: »Artene«). cf. infra No. 51: *Ζήνωνος. τῶν δ' ἐν τῷ κόσμῳ πάντων τῶν κατ' ἰδίαν ἕξιν συνεστώτων τὰ μέρη τὴν φορὰν ἔχειν εἰς τὸ ὅλου μέσον κτλ.* Quare putares, Chrysippum scripsisse *φοράν*, nisi verisimile esset,

2. CORPOREA ET INCORPOREA. ESSE — NON ESSE.

Iam porro internoscenda sunt *αἴτιον* i. e. causa, qua aliquid oritur, et *συμβεβηκός*, i. e. id, quod illa causa efficitur. (No. 11.) Nulla autem est causa, quae non sit corpus. Quin etiam esse quidquam negat Zeno, nisi id quod corporeum sit. (No. 18. 46.) Quae soli menti cogitationique subiecta sunt sevocata autem a sensibus, non sunt sed esse videntur vel quodammodo tantum sunt. (No. 14. 18.) Verum, ut dixi, causa corporea i. e. re vera est; status contra, qui efficitur, notio a corporum essentia seducta (*κατηγόρημα*). No. 11. 12. 46.

No. 11. Arii fr. ph. 18. (Dox. p. 457) Stob. ecl. I, 336 H. 138 W.: *Ζήνωνος. Αἴτιον δ' ὁ Ζήνων φησὶν εἶναι δι' ὃ· οὗ δὲ αἴτιον συμβεβηκός. καὶ τὸ μὲν αἴτιον σῶμα, οὗ δὲ αἴτιον κατηγόρημα· ἀδύνατον δ' εἶναι τὸ μὲν αἴτιον παρεῖναι, οὗ δέ ἐστιν αἴτιον μὴ ὑπάρχειν. Τὸ δὲ λεγόμενον τοιαύτην ἔχει δύναμιν. αἴτιόν ἐστιν δι' ὃ γίνεταί τι, οἷον διὰ τὴν φρόνησιν γίνεται τὸ φρονεῖν καὶ διὰ τὴν ψυχὴν γίνεται τὸ ζῆν καὶ διὰ τὴν σω-*

eum comparare voluisse *φθοράν* et *γένεσιν*. Itaque haec fere corrupti loci sententia fuisse videtur: *ὥστε φθορὰς γίνεσθαι τῶν μερῶν κατὰ διαίρεσιν καὶ ἅμα γένεσιν τῇ συγχύσει τινῶν γινομένων ἔκ τινων* vel *ὥστε φθ. γιν. τῶν μερῶν κατὰ διαίρεσιν ἀναλυομένων καὶ ἅμα τῇ συγχύσει τιν. γιν. ἔκ τινων.* — Restat ut addam, etiam Petersenium, Philos. Chrys. fundam. Hamb. 1827 p. 49 locum sic explicare: »Essentiam non ad posterius substratum minus, quam ad prius pertinere docet Chrysippus« sq. Idem duplicem vocis *ὕλη* significationem p. 44 demonstrat e Simplic. ad Arist. Cat. ed. Basil. f. 12 *Δ*. — *Ὕλην* et *οὐσίαν* etiam posteriore tempore distincta esse testis est Posidon cf. Stob. 324 H.

Nihil igitur corpore caret nisi ea notio, quae sola mente percipi potest et sevocata est a sensibus. Corpus est *σωφροσύνη*, caret corpore *σωφρονεῖν*; corpus est *ψυχή*, caret *ζῆν* corpore, corpus *φρόνησις*, sine corpore *φρονεῖν*. (No. 11). Ergo quaeque actio, cum verbi (ut grammatici dicunt) forma significatur, est incorporea, ut pote quae sit effectus (*συμβε-*

φροσύνην γίνεται τὸ σωφρονεῖν. ἀδύνατον γὰρ εἶναι σωφροσύνης περί τινα οὔσης μὴ σωφρονεῖν, ἢ ψυχῆς μὴ ζῆν, ἢ φρονήσεως μὴ φρονεῖν.

No. 12. Cic. acad. I, 11, 39: Discrepabat (sc. Zeno) etiam ab iisdem (sc. superioribus), quod nullo modo arbitrabatur quidquam effici posse ab ea (sc. natura), quae expers esset corporis, cuius generis Xenocrates et superiores etiam animum esse dixerant, nec vero aut quod efficeret aliquid aut quod efficeretur[1]) posse esse non corpus.

[1]) Ritter hist. phil. Hamb. 1831. III, p. 564 scripsit »in quo efficeretur« additis verbis »Nicht das, was bewirkt wird, sondern das, in welchem etwas bewirkt wird, ist ein Körper.« Comprobaverunt Ritteri correcturam Zeller l. l. III³ p. 117. Stein l. l. I, 16. Nihilo minus eam iudico reiciendam. Patet, Ciceronem dicere velle, corpus esse et causam (*τὸ ποιοῦν*) et materiam (*τὸ πάσχον, τὸ ποιούμενον* [No. 3]). Forsitan Cicero parum accurate verba fecerit, ita ut ei in animo fuerit dicere: quod fingitur, convertitur in formam. cf. Sen. ep. 106, 4: »Quod [fit et quod] facit corpus est.« Aetii pl. IV, 20, 2 (Dox. 410): *πᾶν γὰρ τὸ δρώμενον ἢ καὶ ποιοῦν σῶμα.* [Sane si spectamus quae sequuntur (protasin: *τὸ δρώμενον καὶ ποιοῦν* — apodosin: *ἡ δὲ ποιεῖ καὶ δρᾷ κτλ.*) vix possumus, quin probemus lectionem cod. G. cum Dielesio *τὸ δρῶν.*] — At cum antecedat Ciceronis loco »natura«, sequatur autem »quod efficeretur«, illud »quod efficitur« non iam valere posse videtur: »mundus«.

Nec vero *ὕλη* Stoicorum ea est materia, in qua quidquam efficiatur, sed e qua fiat. Illud *ἐν ᾧ* Platonis materia est (cf. Baeumker l. l. p. 166. 176), apud Stoicos vix ullo invenies loco. cf. No. 5*β*: *ἐξ ἧς ὁτιδηποτοῦν γίνεται.* No. 3: *ἀφ' ὧν.* Sext. Emp. Math. X, 17. Sen. ep. 65, 2. No. 50 fin. »a quo fit et item ex qua fit«. Cic. de fin. I, 6, 18: »cum in rerum natura duo quaerenda sint, unum, quae materia sit, ex qua quaeque res efficiatur, alterum, quae vis sit, quae quidque efficiat.« Qua re censeo legendum esse: »e quo efficeretur.«

βηκός). *ψυχή* et *αἴτιον* est illius efficientis essentiae (*τῆς οὐσίας*) particeps (cf. infra cap. 10), ut nos dicimus: Lebenstoff; *ζῆν* nihil est nisi effectus et status (nos: Lebenszustand). Opposuit igitur Zeno invicem:

1. *αἴτιον* — *συμβεβηκός*
2. *σῶμα* — *κατηγόρημα*
3. *πτῶσις* — *ἐννόημα.*

Αἴτιον est causa efficiens corporalis, *συμβεβηκός* effectus corpore carens; illa quidem cadit in corpus (*σῶμα*), hic in statum actionemque corporis expertem (*κατηγόρημα*); illud grammatici dicunt concretum, hoc et abstractum et verbum et praedicatum. (No. 11.)[1]) Neque minus *πτῶσις* vox ancipiti dicitur significatione; tum nomen appellativum valet et collectivum, tum singulam ipsam rem. (No. 14.)[2]) *Ἐννόημα* autem est cogitatio, notio, id denique, quod solo animo concipimus (nos: »Vorstellung«).

Cui Zenonis significationi Platonis notio *ἰδέα*, *εἶδος* ita tantum respondet, ut illa a vera essentia (i. e. corporea) se-

[1]) Illud *συμβεβηκός* posteriores *ἀποτέλεσμα* voce significaverunt. cf. Aëtii I, 11, 1 (Dox. 309). Stob. ecl. I, 334 H. 137 W. Sext. Emp. Pyrrh. III, 13—29. Eodem Sexti loco III, 14 et ipsius Zenonis sententiae mentio fit, cum dicit: »*καὶ γὰρ ἐν τούτῳ διαπεφωνήκασιν* (sc. *οἱ δογματικοί*), *οἱ μὲν προσηγοριῶν αἴτιον εἶναι τὸ αἴτιον φάσκοντες, οἷον τῆς χύσεως* (sc. *τοῦ κηροῦ τὸν ἥλιον εἶναι ἢ τὴν ἡλίου θερμότητα*), *οἱ δὲ κατηγορημάτων, οἷον τοῦ χεῖσθαι.*« Alios vocem usurpavisse ita, ut valeat »praedicatum«, quod gram. dicunt, colliges e Diog. VII, 64. cf. Zeller l. l. p. 88, adn. 2. Arii fr. ph. 26 (Dox. 462 1—3). Stob. 260 H. 106 W.[20] Sext. Pyrrh. II, 230. Math. IX, 211—212.

[2]) *πτῶσιν* idem esse atque *προσηγορίαν* in No. 14 dilucide dicitur. *προσηγορία* vero significat id quod grammatici nomen appellativum nominant. cf. Diog. VII, 58: *ἔστι δὲ προσηγορία μὲν κατὰ τὸν Διογένην μέρος λόγου σημαῖνον κοινὴν ποιότητα, οἷον Ἄνθρωπος, Ἵππος.* (eadem exempla in No. 14 adhibentur) cf. Sext. Emp. Pyrrh. II, 227 (*ἄνθρωπος*) Math. X, 216 (*χρόνος, μονάς*). Chrysippum *προσηγορία* item intellexisse cognosces e Christi Aronis *Χρύσ. Γραμματικός* Diss. Jenae 1885 p. 17. *πτῶσις* igitur vocis prima significatio est nomen appellativum nominativi forma usurpatum. Quattuor illis grammaticorum casibus Chrysippus demum nomina indidit cf. Aronis l. l. p. 20. Zeller l. l. p. 88, adn. 2.

ducta menti soli subiecta sit. (No. 13. 14.) In nominalistarum igitur, quos posteriores vocant, numero Stoicorum princeps ponendus est (cf. Zeller l. l. p. 79 adn. 2).

Primum igitur corpore carent *συμβεβηκός*, *κατηγορήματα*, *ἐννοήματα*.[1]) Iam vero etiam spatium et tempus *πτώσεις* qui-

No. 13. Aëtii Pl. I, 10, 5. Plut. epit. I, 10 (Dox. p. 309): *Οἱ ἀπὸ Ζήνωνος Στωικοὶ ἐννοήματα ἡμέτερα τὰς ἰδέας ἔφασαν.*

No. 14. Arii fr. ph. 40. (Dox. 472) Stob. I, 332 H. 136 W.: *Ζήνωνος ⟨καὶ τῶν ἀπ' αὐτοῦ* add. Diels⟩. *Τὰ ἐννοή-*

[1]) Vocem *λεκτόν*, qua Zenonis discipuli *ἐννοήματα* et *κατηγορήματα* (*σημαινόμενα*) significaverunt, Zenonem nondum usurpavisse, hac spero me demonstraturum esse argumentatione. Sextus Emp. Math. VIII, 69 verbis *οἷος δέ ἐστιν ὁ περὶ ταύτης τῆς στάσεως λόγος, τοιοῦτος γένοιτ' ἂν ἡμῖν καὶ ὁ περὶ τῆς λειπομένης, καθ' ἣν οἱ μὲν ἐν τῷ σημαινομένῳ, τουτέστιν ἀσωμάτῳ λεκτῷ, τὸ ἀληθὲς καὶ τὸ ψεῦδος ὑποτίθενται, οἱ δ' ἐν τῇ φωνῇ, οἱ δ' ἐν τῷ κινήματι τῆς διανοίας* initium facit recensendae quaestionis, ubi essentia veritatis mendaciique ponenda sit. Tres ait exstare sententias: a) in *ἀσωμάτῳ λεκτῷ* b) in voce c) in mentis motione. Prima sententia pertinet ad Chrysippum, tertia ad Zenonem. Primam deinceps suscipit accuratius explicandam. Atque

69—74 quidem notionum nobiscum communicat hanc divisionem:
1. *λεκτὰ ἐλλιπῆ* notiones mancae (omisit)
2. *λεκτὰ αὐτοτελῆ* notiones perfectae:

1. *προστακτικά*	2. *ἀποφαντικά*	3. *πύσματα*	4. *ἀρατικά*
Modus Imperativus	M. Indicativus	M. interrogativus	M. optativus
δεῦρ' ἴθι	*ὁ Δίων περιπατεῖ*	*ποῦ οἰκεῖ Δίων;*	*σφ' ἐγκέφαλος χαμάδις ῥέοι*

5. *εὐκτικά*	6. *ἀξίωμα*	7. *πλεῖον ἢ ἀξίωμα*
M. rogandi et orandi	Sententia vera aut falsa	M. exclamativus
δὸς νίκην ἀρέσθαι	*Πριαμίδησιν ἐμφερὴς ὁ βουκόλος*	*ὡς Πριαμ. ἐμφ. ὁ βουκ.*

75—78 quomodo Sceptici hanc sententiam refutaverint
79—80 duobus aliis argumentis refutat eandem et ipse Sextus.
81—84 Demonstrare deinceps studet ne esse quidem neque *ἀξίωμα* neque *λεκτόν*.
85—86 Sed etiam licet concessum sit, pergit disserere Sextus, esse

dem sunt, at non corpora. Incorporeum spatium autem est *τὸ κενόν* solum, non locus neque illud, quod Stoici singulari

ματά φασι μήτε τινὰ εἶναι μήτε ποιά, ὡσανεὶ δέ τινα καὶ ὡσανεὶ ποιὰ φαντάσματα ψυχῆς· ταῦτα δὲ ὑπὸ τῶν ἀρχαίων ἰδέας προσαγορεύεσθαι. Τῶν γὰρ κατὰ τὰ ἐννοήματα ὑποπιπτόντων εἶναι τὰς ἰδέας, οἷον ἀνθρώπων, ἵππων, κοινότερον εἰπεῖν πάντων τῶν ζῴων

et verum et falsum *ἀξίωμα*, tamen Septicos facile refutaturos esse illam opinionem. Atque ipsorum dogmaticorum verbis usuros eos victuros esse. Illos enim dixisse *τὸ ὑπάρχον* est *τὸ καταληπτικὴν κινοῦν φαντασίαν* et porro »*καταληπτική ἐστι φαντασία ἡ ἀπὸ ὑπάρχοντος κατ' αὐτὸ τὸ ὑπάρχον.*« Itaque re ignota illos ignotam illustrare conari. — (Hactenus Sextus).

Agedum vero, ut intellegas, quisnam sit, quem Sextus studeat refellere, compara Diog. Laert. VII, 54: [»*Κριτήριον δὲ τῆς ἀληθείας φασὶ τυγχάνειν τὴν καταληπτικὴν φαντασίαν, τουτέστι τὴν ἀπὸ ὑπάρχοντος, καθά φησι Χρύσιππος ἐν τῇ δωδεκάτῃ τῶν φυσικῶν*«]. Dilucide igitur hic locus e Chrysippi libro citatur. Quodsi addideris, breviter eandem refutationem iam in eiusdem Sexti libri VIII, § 11 proferri adiectis verbis: »*καὶ τῆς μὲν πρώτης δόξης προεστήκασιν οἱ ἀπὸ τῆς στοᾶς*«, omnis dempta erit dubitatio. (Et ipse locus § 11—12 igitur pertinet ad Chrysippum.)

87—90 revellere pergit Chrysippum Sextus cum demonstrat, Stoicorum *ἀντικείμενον* nihili esse.
91—93 *ἀξίωμα* et *ἀπόφασις* notiones inter se pugnare;
93—112 *ἀξίωμα* neque simplex neque compositum esse;
112—123 de *συνημμένῳ*;
124—130 de *συμπεπληγμένῳ*; 130 universa refutatio iterum comprehenditur.
130—136 altera deinde de voce sententia (Cleanthis?) refutatur.
137 denique progreditur disputatio ad tertiam illam opinionem. Quae quidem hoc loco claris verbis Zenoni tribuitur. cf. infra p. 28 No. 38.

Quodsi e hoc loco non certo colligi potest, Zenonem voce *λεκτόν* non esse usum, tamen probabile evadit comparato loco Clem. Alex. strom. VIII, p. 784 Sylb. p 930, 15 Pott.: *λεκτὰ γὰρ τὰ κατηγορήματα καλοῦσι Κλεάνθης καὶ Ἀρχέδημος.* cf. No. 14. Veri igitur simillimum videtur Cleanthem primum hanc notionem usurpavisse.

quadam significatione *χώραν* i. e. partim corporibus occupatum, partim illis liberum spatium appellant. No. 15.

καὶ τῶν ἄλλων ὁπόσων λέγουσιν ἰδέας εἶναι. Ταύτας δὲ οἱ Στωικοὶ φιλόσοφοί φασιν ἀνυπάρκτους εἶναι καὶ τῶν μὲν ἐννοημάτων μετέχειν ἡμᾶς, τῶν δὲ πτώσεων, ἃς δὴ προσηγορίας καλοῦσι, τυγχάνειν[1]).

No. 15. Aëtii I, 18, 5 et I, 20, 1. (Dox. p. 316. 317.) Stob. ecl. I, 382 H. 156 W.: *Ζήνων καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ ἐντὸς μὲν τοῦ κόσμου μηδὲν εἶναι κενόν, ἔξω δ' αὐτοῦ ἄπειρον. — Διαφέρειν δὲ κενόν, τόπον, χώραν· καὶ τὸ μὲν κενὸν εἶναι ἐρημίαν σώματος, τὸν δὲ τόπον τὸ ἐπεχόμενον ὑπὸ σώματος, τὴν δὲ χώραν τὸ ἐκ μέρους ἐπεχόμενον.* Quae Zenonea sententia optime explicatur loco Sexti Emp. Pyrrh. III, 124: *Οἱ στωικοί φασι κενὸν μὲν εἶναι τὸ οἷόν τε ὑπὸ ὄντος κατέχεσθαι μὴ κατεχόμενον δέ, ἢ διάστημα ἔρημον σώματος, ἢ διάστημα ἀκαθεκτούμενον ὑπὸ σώματος, τόπον δὲ διάστημα ὑπὸ ὄντος κατεχόμενον καὶ ἐξισαζόμενον τῷ κατέχοντι αὐτόν, νῦν ὂν καλοῦντες τὸ σῶμα, χώραν δὲ διάστημα κατὰ μέν τι κατεχόμενον ὑπὸ σώματος κατὰ δέ τι ἀκαθεκτούμενον, ἐνίων χώραν εἰπόντων εἶναι τὸν τόπον τοῦ μεγάλου σώματος, ὡς ἐν μεγέθει τὴν διαφορὰν εἶναι τοῦ τε τόπου καὶ τῆς χώρας*[2]).

---

[1]) Itaque Zeller l. l. p. 79 adn. 2, Wachsmuth Stob. ecl. I. 137 iniuria mihi in ultimis No. 14 verbis offendere videntur. Immo optime Diels p. 472 adnotat: »intellego: notitiae (cf. Cic. de fin. III, 10, 33) rerum rationi nostrae insitae sunt, nomina fortuito obveniunt. Paulo aliter Prantl, Gesch. der Logik 1, 420[63].« At praeposuerim pro voce »nomina«: »res« singulae nobis fortuito obveniunt. Wachsmuthium haud iuste Schmidtio, Stoic. gramm. p. 23sqq. fisum Dielesii explicationem, ut cum Stoic. de nomin. doctrina pugnantem, reiecisse supra videor satis ostendisse.

[2]) Magnam hic locus continet repugnantiam, cum et dicat Zeno, in mundo nihil vacui esse, et *χώραν*, quippe quae sit in mundo, e parte esse vacuam.

Et ipsum tempus denique, utpote quod sit motionis intervallum (No. 16. 17), incorporeum esse secundum Zenonem infra p. 39 adn. 1 demonstrabimus.

No. 16. Arii Didymi ph. No. 26 (Dox. 461.) Stob. ecl. I, 254 H. 104 W.: *Ζήνωνος. Ζήνων ἔφησε χρόνον εἶναι κινήσεως διάστημα, τοῦτο δὲ καὶ μέτρον καὶ κριτήριον τάχους τε καὶ βραδύτητος, ὅπως ἔχει ⟨ἕκαστα⟩. Κατὰ τοῦτον δὲ γίνεσθαι τὰ γινόμενα καὶ τὰ περαινόμενα ἅπαντα καὶ τὰ ὄντα εἶναι.* Cf. Sext. Emp. Pyrrh. III, 136.

No. 17. Simplicius in Arist. categ. Schol. Brandis p. 80: *Τῶν δὲ Στωικῶν Ζήνων μὲν πάσης ἁπλῶς κινήσεως διάστημα τὸν χρόνον εἶπε, Χρύσιππος δὲ διάστημα τῆς τοῦ κόσμου κινήσεως.* Cf. Sext. Emp. Math. X, 170. Plut. Plat. quaest. 8, 4, 3.

No. 18. Stob. ecl. II, 90 H. II, 57 W.: *Ταῦτ' εἶναί φησιν ὁ Ζήνων, ὅσα οὐσίας μετέχει.*[1])

---

[1]) Hoc loco, quem in rebus physicis enodandis praeter Ritterum (l. l. p. 571 adn. 1) adhuc viri docti praetermiserunt, haec quaestio optime expeditur. cf. Zeller, l. l. p. 87. Heinze, Lehre vom Logos, Oldenburg 1872 p. 88. Itaque Petersen l. l. p. 48 errat, cum demonstrare studet, esse discrimen inter *ὄν* et *θεόν*, seu *αἴτιον* seu *λόγον*. Suo iure igitur eum refutavit Trendelenburg, »Jahrb. für wissensch. Kritik,« Berlin 1827 p. 1739.

3. DE DEI MATERIA ESSENTIAQUE.

Sunt igitur, ut vidimus, duo generandi principia *τὸ πάσχον, τὸ ποιοῦν.* »*Τὸ πάσχον*« fere nominatur *ὕλη*, »*τὸ ποιοῦν*« *θεός* sive *λόγος*. Cui notitiae (*τῷ ποιοῦν*) tribuitur aeternitas, facultas et crescendi et decrescendi abnuitur. Iam vero quaerentibus, quaenam sit eius vis, Zeno respondet:

1. Est vis movens, *δύναμις κινητική* (No. 19, 20).

2. Est eadem quaedam natura, ex qua ratio et intellegentia oriatur, (21, 22.)

No. 19. Aëtii pl. I, 27, 5. (Dox. 322). Stob. ecl. I p. 178 H. 78 W.: *Ζήνων ὁ Στωικὸς ἐν τῷ Περὶ φύσεως δύναμιν κινητικὴν τῆς ὕλης κατὰ ταὐτὰ καὶ ὡσαύτως* (sc. *τὴν οὐσίαν τῆς εἱμαρμένης* [= *θεοῦ*, cf. p. 30 infra] *ἀπεφαίνετο*), *ἥν τινα μὴ διαφέρειν πρόνοιαν καὶ φύσιν καλεῖν.*

No. 20. Theodoret. l. l. VI, 14 (Dox. 322): *Ζήνων δὲ ὁ Κιτιεὺς δύναμιν κέκληκε τὴν εἱμαρμένην κινητικὴν τῆς ὕλης, τὴν δὲ αὐτὴν καὶ πρόνοιαν καὶ φύσιν ὠνόμασεν.*

No. 21. Cic. de fin. VI, 5, 12: »Cum autem quaereretur res admodum difficilis, num quinta quaedam natura videretur esse, ex qua ratio et intellegentia oriretur, in quo etiam de animis, cuius generis essent, quaereretur, Zeno id dixit esse ignem; nonnulla deinde aliter (sc. ac veteres), sed ea pauca; de maxima autem re eodem modo, divina mente atque natura mundum universum atque eius maximas partes administrari. Materiam vero rerum et copiam apud hoc exilem, apud illos uberrimum reperiemus.«

No. 22. Cic. acad. I, 11, 39: De naturis autem sic sen-

3. Atque ignis quidem artificiosus est (*πῦρ τεχνικόν*), conservans atque augens, qui est *φύσις καὶ ψυχή*. (No. 23. 24. 31. 32.)

---

tiebat (sc. Zeno), primum, ut quattuor initiis rerum illis quintam hanc naturam, ex qua superiores sensus et mentem effici rebantur, non adhiberet. Statuebat enim ignem esse ipsam naturam, quae quidque gigneret, et mentem atque sensus.

No. 23 Arii Did. fr. ph. 33 (Dox. p. 467) Stob. ecl. I, 538 H. 213 W.: *α) Ζήνων τὸν ἥλιόν φησι καὶ τὴν σελήνην καὶ τῶν ἄλλων ἄστρων ἕκαστον εἶναι νοερὸν καὶ φρόνιμον, πύρινον* ⟨*δὲ*⟩ *πυρὸς τεχνικοῦ. β) δύο γὰρ γένη πυρός, τὸ μὲν ἄτεχνον καὶ μεταβάλλον εἰς ἑαυτὸ τὴν τροφήν, τὸ δὲ τεχνικὸν αὐξητικόν τε καὶ τηρητικόν, οἷον ἐν τοῖς φυτοῖς ἐστι καὶ ζῴοις, ὃ δὴ φύσις ἐστὶ καὶ ψυχή. τοιούτου δὴ πυρὸς εἶναι τὴν τῶν ἄστρων οὐσίαν. τὸν δὲ ἥλιον καὶ τὴν σελήνην δύο φορὰς φέρεσθαι, τὴν μὲν ὑπὸ τοῦ κόσμου ἀπ' ἀνατολῆς ἐπ' ἀνατολήν, τὴν δὲ ἐναντίαν τῷ κόσμῳ, ζῴδιον ἐκ ζῳδίου μεταβαίνοντας. τὰς δ' ἐκλείψεις τούτων γίγνεσθαι διαφόρως, ἡλίου μὲν περὶ τὰς συνόδους, σελήνης δὲ περὶ τὰς πανσελήνους. γίνεσθαι δ' ἐπ' ἀμφοτέρων τὰς ἐκλείψεις καὶ μείζους καὶ ἐλάττους.*

No. 24. Cic. de nat. deor. II, 22, 57. *α*) Zeno igitur ita naturam (= *φύσις* = deus cf. infra p. 27) definit, ut eam dicat ignem esse artificiosum ad gignendum progredientem via. Censet enim artis maxime proprium esse creare et gignere, quodque in operibus nostrarum artium manus efficiat, id multo artificiosius naturam efficere, id est, ut dixi, ignem artificiosum, magistrum artium reliquarum. Atque hac quidem ratione omnis natura artificiosa est, quod habet quasi viam quamdam et sectam, quam sequatur. 58. *β*) Ipsius vero mundi, qui omnia complexu suo coercet et

Qui ignis gignens ab illo terreno igne consumente quidem at non procreante prorsus differt.

Idem deus nominatur σῶμα καθαρώτατον (No. 25.) et aether (No. 26. 27. 28. 29.), forma tenui et inani mole di-

---

continet, natura non artificiosa solum, sed plane artifex ab eodem Zenone dicitur, consultrix et provida utilitatum opportunitatumque omnium. γ) Atque ut caeterae naturae suis seminibus quaeque gignuntur, augescunt, continentur, sic natura mundi omnes motus habet voluntarios conatusque et appetitiones, quas ὁρμὰς Graeci vocant, et his consentaneas actiones sic adhibet ut nosmet ipsi, qui animis movemur et sensibus. δ) Talis igitur mens mundi cum sit ob eamque causam vel prudentia vel providentia appellari recte possit — Graece enim πρόνοια dicitur —, haec potissimum providet et in his maxime est occupata, primum ut mundus quam aptissimus sit ad permanendum, deinde ut nulla re egeat, maxime autem, ut in eo eximia pulcritudo sit atque omnis ornatus.

No. 25. Hippolyti refut. haeres. I, 21 (ed. Duncker et Schneid. p. 40): Στωικοὶ καὶ αὐτοὶ μὲν ἐπὶ τὸ συλλογιστικώτερον τὴν φιλοσοφίαν ηὔξησαν καὶ σχεδὸν ὅροις περιέλαβον, ὁμόδοξοι γενόμενοι ὅ τε Χρύσιππος καὶ Ζήνων, οἳ ὑπέθεντο καὶ αὐτοὶ ἀρχὴν μὲν θεὸν τῶν πάντων, σῶμα ὄντα τὸ καθαρώτατον, διὰ πάντων δὲ διήκειν τὴν πρόνοιαν αὐτοῦ. (Quae sequuntur cum magis in universum ad illud Στωικοί pertinere videantur, recipere dubitavi).

No. 26. Minucius Felix Octav. XIX, 8: Zenon eiusdem (Cleanthis) magister naturalem legem atque divinam et aethera interim interdumque rationem vult omnium esse principium; idem interpretando Iunonem aera, Iovem caelum, Neptunum mare, ignem esse Vulca-

spersa (No. 30). Tenuissimum igitur corpus, quem ignem et aethera nominat, esse Deum Zeno contendit.[1])

---

num et ceteros similiter vulgi deos elementa esse monstrando publicum arguit graviter et revincit errorem.

No. 27. Cic. acad. II, 41, 126: Zenoni et reliquis fere Stoicis aether videtur summus deus, mente praeditus, qua omnia regantur. Cleanthes . . . solem dominari et rerum potiri putat.

No. 28. Tertullian. adv. Marcionem I, 13: . . . deos pronuntiaverunt ut Thales aquam, ut Heraclitus ignem, ut Anaximenes aerem, ut Anaximander universa coelestia, ut Strato caelum et terram, ut Zeno aerem et aetherem, ut Plato sidera, quod genus deorum igneum appellat. (cf.[2]) p. 25.)

No. 29. Achilles Tat. isag. in Arat. 5. (Petavii Uranolog. Antwerpiae 1705 p. 77): »Ζήνων γοῦν ὁ Κιτιεὺς οὕτως αὐτὸν (τὸν οὐρανὸν) ὡρίσατο· »οὐρανὸς αἰθέρος τὸ ἔσχατον. ἐξ οὗ καὶ ἐν ᾧ ἐστι πάντα ἐμφανῶς. περιέχει γὰρ πάντα πλὴν αὐτοῦ. οὐδὲν γὰρ ἑαυτὸ περιέχει ἀλλ' ἑτέρου ἐστὶ περιεκτικόν.«

No. 30. Valer. Prob. in Vergil. eclog. VI, 31. p. 10 Keil: omnem hanc rerum naturae formam tenui et inani mole dispersam, refert (Vergilius), in quattuor elementa concreta et ex his omnia esse effigiata Stoici (ita Stoici coni. Keil) tradunt Zenon Citieus et Chrysippus Solaeus et Cleanthes Assius.« (Wachsm. fr. ph. 3).

---

[1]) Voce »πνεῦμα« Zenonem hanc divinam substantiam significavisse nullo loco efficitur; immo omnibus ad unum, cum de deo sermo est, αἰθὴρ vel πῦρ usurpatur, at, cum anima intelligitur, πνεῦμα (cf. infra cap. 10) Stein l. l. I, p. 23 sq. nonnullis locis secum dissentit. Iusto iure materiam explicat p. 27 (adn. 31): »Waren also nur recht spärliche Zeugnisse dafür vorhanden, dass das Urpneuma der Stoa dem Feuer Heraclits substanzgleich ist, so fliessen jene Quellen um so reichlicher, die

Quae tenuissima materia per omnia, quae sunt, pertinet

No. 31. Tertull ad nat. II, 2: cuius (ignis) instar vult esse naturam Zenon.

No. 32. Augustin. contra acad. III, 38: nam et deum ipsum ignem putabat (Zenon) [cf. Stein l. l. I, p. 58 adn. 79].

das stoische Urpneuma Aether nennen.« p. 28 (adn. 31): »Nur ist es jenes feinere künstlerische Feuer, dem unsere Seele entstammt; animus, qui tenuior est igne, heisst es bei Sen. ep. 57.« (Verba de anima a Zenone dissentire vide infra cap. 10.) p. 26, 2: »sondern es ist ein vergeistigtes, sublimirtes Mittleres: Feuerhauch oder kurzweg Aether.« A qua sententia valde discrepant verba p. 23: »Aus dem Urpneuma, das vermöge der ihm eignenden Spannung (*τόνος*) die Keimkräfte (*σπερματικοὺς λόγους*) zur Weltbildung in sich trägt, sonderte sich das ihm nächststehende Feuer der Weltseele aus.« Quod Stein verbo »Weltseele« significat, re vera nihil aliud esse nisi illud *πῦρ τεχνικόν*, quod Zeno ab eo igne, quod terrenum elementum est, accurate distinguit, infra cap. 5 demonstrabimus. Prorsus autem cum ab omnium Stoicorum doctrina tum a Zenonea verba, quae sequuntur, abhorrent. »Das Wesen der Kraft,« inquit p. 24, »ist ebenso gut Pneuma wie in letzter Linie die Substanz der Materie, nur dass erstere als die dem Stoff immanente Form eine feinere, der Urkraft näherstehende Ausgestaltung des Pneumas ist, während die letztere durch ihre Verdichtung, die der »Weg nach unten« bedingt, den zur Existenz erforderlichen Spannungsgrad fast ganz verloren hat.

Es herrscht also zwischen Form und Materie keine Substanzverschiedenheit, sondern nur ein Unterschied im Feinheitsgrad: jene ist eine leichte Verdichtung, diese eine merkliche Vergröberung einer und derselben Grundsubstanz. Man sieht also, dass der stoische *λόγος* mit dem aristotelischen *εἶδος* keineswegs zusammenfällt; der Dualismus von *εἶδος* und *ὕλη* ist bei Aristoteles konsequent und durchgreifend ausgeführt, bei den Stoikern nur formell gestreift und künstlich in das philosophische System hineingewoben.«

Quonam loco Stein subnisus talia nobiscum communicat? Ne unum quidem habet, quem afferat. Immo, iam patet et ex iis quae sequuntur fragmentis elucebit, prorsus nihil interesse inter illud *ποιοῦν* et hoc *πάσχον*. cf. infra cap. 4. 5. 6. Ceterum ille »aether« Zenoneus, ut ita dicam, haud ita dissimilis est Indorum notioni âkâça, quam Baeumker l. l. p. 69 his explicat verbis (adn. 3): »Dieselben Elemente (sc. des Empedocles) bei den Indern, freilich mit Hinzufügung des Aethers (âkâça) als fünften Elements, der bei den Griechen zumeist mit der Luft in

atque permeat (No. 4. 29. 25. 33*γ*.) pari modo ac anima per

No. 33. Epiphanii advers. haeres. III, 36 (T. III, p. 566, 30 Dind.; Dox. p. 592): *α) Ζήνων ὁ Κιτιεὺς ὁ Στωικὸς ἔφη μὴ δεῖν θεοῖς οἰκοδομεῖν ἱερά, ἀλλ' ἔχειν τὸ θεῖον ἐν μόνῳ τῷ νῷ, μᾶλλον δὲ θεὸν ἡγεῖσθαι τὸν νοῦν. ἔστι γὰρ ἀθάνατος. β) τοὺς δὲ τελευτῶντας ζῴοις παραβάλλειν χρῆναι ἢ πυρί. καὶ τοῖς παιδικοῖς*

eins gesetzt wird (Nachweisungen z. B. bei Alfr. Weber, Indische. Stud. II, 66. L. v. Schröder, Pythagoras und die Inder, Leipzig 1884. S. 62ff. Ein Beispiel aus volkstümlicher Jaina-Litteratur bei Alfr. Weber, Ueber das Uttamacaritrakathânakam, Sitzungsber. d. Berl. Ak. d. Wiss. 1884 S. 293f.). Doch zeigt Deussen, Das System des Vedânta, Leipzig 1883, S 249, dass der âkâça nicht so sehr den Aether bezeichne, als den körperlich aufgefassten, alldurchdringenden, allgegenwärtigen Raum, und keineswegs mit den übrigen Elementen auf einer Stufe stehe.» — Quae cum ita sint, primum quidem Tertullianus adv. Marc. I, 12 (No. 28) vulgarem Graecorum opinionem sequi videtur, cum aethera additis verbis »et aerem« falso explicat. (Fortasse »aut«, quod Stein p. 26 conicit, melius; at cum Philonem (No. 10) »aethera« scripsisse opinetur, Steinium fugisse videtur melior Dielesii medicina. cf. supra p. 12 No. 10.) — Deinde vix dubitari potest, quin Zenoni, cum dicat *οὐρανός ἐστιν αἰθέρος τὸ ἔσχατον*, in animo fuerit dicere, nonnullam illius essentiae, quam *αἰθέρα*, *θεόν*, *πῦρ τεχνικόν* al. vocant, partem esse relictam, quoniam et astra (infra cap. 9.) et caelum (*πύρινον* id esse dicit No. 73) nihil sunt, nisi partes ignis illius artificiosi. (cf. infra cap. 9. Stein l. l. p. 33) Qua re neque haec probaverim Steinii (p 21) verba: »Wenn aber Censorin de die natali (cap. I, de natur. inst.) im Sinne der Stoa sagt: et ipse quidem aether nihil patitur, so will das wohl nichts weiter bedeuten, als dass die Gottheit oder der Aether der am wenigsten leidende Körper ist. Dieses nihil patitur würde dann etwa in dem Sinne zu verstehen sein wie das *ἀσωματώτατον* in der bekannten Stelle des Aristoteles de an I, 2 p 405, wo es das zwar am wenigsten körperliche, aber immerhin doch körperliche bedeutet.« Immo de eo, quod est *τὸ πάσχον*, dici nequit: »nihil patitur«. Pertinent haec verba ad illam aetheris partem, quae immutata atque pura relicta caelum reddit et mundi principale. —

[2]) Vocibus »aera et aethera« Tertullianus (No. 28) Graecum vocabulum »*αἰθέρα*« interpretatur, quoniam No. 42 »*λόγον*« similiter verbis sermonem et rationem vertit.

corpus (cf. cap. 10. No. 100), mel per favos (No. 35), semen per genitalia. (No. 6. 50ε. 54).

χρῆσθαι ἀκωλύτως. γ) ἔλεγε δὲ πάντα διοικεῖν[1]) τὸ θεῖον. τὰς δὲ αἰτίας τῶν πραγμάτων πῇ μὲν ἐφ' ἡμῖν, πῇ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν, τοῦτ' ἔστι τὰ μὲν τῶν πραγμάτων ἐφ' ἡμῖν, τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν. δ) ἔλεγε δὲ καὶ μετὰ χωρισμὸν τοῦ σώματος * * *[2]) καὶ ἐκάλει τὴν ψυχὴν πολυχρόνιον πνεῦμα, οὐ μὴν δὲ ἄφθαρτον δι' ὅλου ἔλεγεν αὐτὴν εἶναι. ἐκδαπανᾶται γὰρ ὑπὸ τοῦ πολλοῦ χρόνου εἰς τὸ ἀφανές,[3]) ὥς φησι.

No. 34. Cic. de nat. deor. I, 14, 36: α) Zeno autem, ut iam ad vestros Balbe, veniam, naturalem legem divinam esse censet eamque vim obtinere recta imperantem prohibentemque contraria. Quam legem quomodo efficiat animantem intellegere non possumus. Deum autem animantem certe volumus esse. β) Atque hic idem alio loco aethera deum dicit, si intellegi potest nihil sentiens deus, qui numquam nobis occurrit neque in precibus neque in optatis neque in votis. γ) Aliis autem libris rationem quamdam per omnium naturam rerum pertinentem vi divina esse adfectam putat. Idem astris hoc idem tribuit, tum annis, mensibus annorumque mutationibus. δ) Cum vero Hesiodi theogoniam [id est originem deorum] interpretatur, tollit omnino usitatas perceptasque cognitiones deorum. Neque enim Iovem neque Iunonem neque Vestam neque quemquam, qui ita appellatur, in deorum habet numero, sed rebus inanimis atque mutis per quamdam significationem haec docet tributa nomina.

No. 35. Tertulian. adv. nat. II, 4: Ecce enim Zeno quoque

---

[1]) Codd. lectionem διοικεῖν tueor comparato No. 41. Dieles. cum Rhedigerano collato Krischio p. 382: διήκειν.

[2]) Dieles.: »intercidit τινὰ χρόνον διαμένειν τὴν ψυχήν, similiter A. Jahn.«

[3]) Dieles.: »voluitne τὸ ἀχανές?«

4. Qua fit ut eadem divina substantia appelletur φύσις (No. 19. 20. 23β.), quin etiam ipse totus mundus deus vocetur

---

materiam mundialem a deo separat vel eum per illam tamquam mel per favos transisse dicit; itaque materia et deus duo vocabula, duae res. Pro discrimine vocabulorum etiam res separantur, etiam materiae condicio vocabulum sequitur.[1]) (cf. adv. Hermog c. 44: Stoici enim volunt, deum sic per materiam decucurisse, quomodo mel per favos). cf. ad hos locos infra cap. 5. 6.

No. 36. Cic. nat. d. II, 7, 20: Cum autem, ut Zeno solebat, brevius angustiusque concluduntur, tum apertiora sunt ad reprehendendum. Nam ut profluens amnis aut vix aut nullo modo, conclusa autem aqua facile corrumpitur, sic orationis flumine reprehensoris convicia diluuntur angustia autem conclusae orationis non facile se ipsa tutatur. Haec enim, quae dilatantur a nobis, Zeno sic premebat: 8. 21. »Quod ratione utitur, id melius est quam id, quod ratione non utitur. Nihil autem mundo melius: ratione igitur mundus utitur.« Similiter effici potest, sapientem esse mundum, similiter beatum, similiter aeternum. Omnia enim haec meliora sunt, quam ea, quae sunt his carentia, nec mundo quidquam melius: ex quo efficitur esse mundum deum. 22. β) Idemque hoc modo: »Nullius sensu carentis pars aliqua potest esse sentiens. Mundi autem partes sentientes sunt: non igitur caret sensu mundus.« γ) Pergit idem et urguet angustius: »Nihil« inquit, »quod animi quodque rationis est expers, id generare ex se potest animantem compotemque rationis. Mundus autem generat animantes

---

[1]) Cuius loci non omnia verba ad Zenonem pertinere, ut Stein l. l. I, p. 64 adn. 88 vult, ostendit Baeumker l. l. p. 359 adn. 4.

(cf. infra p. 36) neque mundo quidquam melius esse videatur. (No. 37. 38. 45. 46.)

5. Unde etiam effici docebat, mundum ratione consilioque dei administrari. Neque enim natura, pergit Zeno, quae

---

compotesque rationis. Animans est igitur mundus composque rationis«. *δ*) Idemque similitudine, ut saepe solet, rationem conclusit hoc modo: »Si ex oliva modulate canentes tibiae nascerentur, num dubitares, quin inesset in oliva tibicinii quaedam scientia? Quid? si platani fidiculas ferrent numerose sonantes, idem scilicet censeres in platanis inesse musicam. Cur igitur mundus non animans sapiensque iudicetur, cum ex se procreet animantes atque sapientes?«

No. 37. Cic. de nat. deor. III, 9, 22: »Istum enim locum totum illa vetus Zenonis brevis et, ut tibi videbatur, acuta conclusio dilatavit. Zeno enim ita concludit: »Quod ratione utitur, id melius est quam id, quod ratione non utitur. Nihil autem mundo melius: ratione igitur mundus utitur.«

No. 38. Sext. Emp. Math. IX, 104: *Καὶ πάλιν ὁ Ζήνων φησίν· »τὸ λογικὸν τοῦ μὴ λογικοῦ κρεῖττόν ἐστιν· οὐδὲν δέ γε κόσμου κρεῖττόν ἐστιν. λογικὸν ἄρα ὁ κόσμος. καὶ ὡσαύτως ἐπὶ τοῦ νοεροῦ καὶ ἐμψυχίας μετέχοντος. τὸ γὰρ νοερὸν τοῦ μὴ νοεροῦ καὶ τὸ ἔμψυχον τοῦ μὴ ἐμψύχου κρεῖττόν ἐστιν. οὐδὲν δέ γε κόσμου κρεῖττον· νοερὸς ἄρα καὶ ἔμψυχός ἐστιν ὁ κόσμος.«* ibid. IX, 108: *»Ἀλλ' ὅ γε Ἀλεξῖνος τῷ Ζήνωνι παρέβαλε τρόπῳ τῷδε. τὸ ποιητικὸν τοῦ μὴ ποιητικοῦ καὶ τὸ γραμματικὸν τοῦ μὴ γραμματικοῦ κρεῖττόν ἐστι, καὶ τὸ κατὰ τὰς ἄλλας τέχνας θεωρούμενον κρεῖττόν ἐστιν. ποιητικὸν ἄρα καὶ γραμματικόν ἐστιν ὁ κόσμος. πρὸς ἣν ἁπαντῶντες παραβολὴν οἱ στωικοί φασιν ὅτι Ζήνων τὸ καθάπαξ κρεῖττον εἴληφεν, τουτέστι τὸ λο-*

animantes procreet et compotes rationis, ipsa mentis potest esse expers. Animans est igitur mundus composque rationis (cf. 36—38. 68.) Quam rationem divinam artificem dicas, inquit, qua omnia creentur et regantur. (24*α*. 24*β*. 42).

6. Itaque idem *λόγος* nominatur (No. 1. 6*β*. 42. 43. 44), *λόγος σπερματικός* (No. 54), *νοῦς*, *νοῦς κόσμου*, animus Jovis (No.

γικὸν τοῦ μὴ λογικοῦ καὶ τὸ νοερὸν τοῦ μὴ νοεροῦ καὶ τὸ ἔμψυχον τοῦ μὴ ἐμψύχου, ὁ δὲ Ἀλεξῖνος οὐκέτι. cf. ibid. IX, 138.

No. 39. Diog. Laert. VII, 148: *οὐσίαν δὲ θεοῦ Ζήνων μέν φησι τὸν ὅλον κόσμον καὶ τὸν οὐρανόν, ὁμοίως δὲ καὶ Χρύσιππος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ θεῶν καὶ Ποσειδώνιος ἐν πρώτῳ περὶ θεῶν.*

No. 40. Aëtii Plac. I, 7, 23 (Dox. p. 303). Stob. ecl. I, 60 H. 35 W.: *Ζήνων ὁ Στωικὸς νοῦν κόσμου πύρινον.* [*κόσμον ƒP*: corr. Krische theol. p. 378. W.] (sc. *τὸν θεὸν εἶναί φησιν*).

No. 41. Epiphan. adv. haer. I, 5. (T. I, p. 291, 29 Dind. Dox. p. 588, 11): *ἔσχον δὲ Ζήνωνα ἀρχηγὸν τῆς Στοᾶς, περὶ οὗ πολὺς θρυλεῖται λόγος . . . . φάσκει οὖν καὶ οὗτος τὴν ὕλην σύγχρονον καλῶν*[1]) *τῷ θεῷ ἴσα ταῖς ἄλλαις αἱρέσεσιν εἱμαρμένην τε εἶναι καὶ γένεσιν, ἐξ ἧς τὰ πάντα διοικεῖται καὶ πάσχει.* [1])[*καλεῖν* vulgo: corr. Oehler.] (cf. Baeumker l. l. p. 362 adn.)

No. 42 Lactantius de vera sap. c. 9: Zeno rerum naturae dispositorem atque opificem universitatis *λόγον* praedicat, quem et fatum et necessitatem rerum et deum et animum Iovis nuncupat.

No. 43. Tertullian. apologet. 21, 1. T. I, p. 198. Oehler: Apud vestros quoque sapientes *λόγον* id est sermonem atque rationem constat artificem videri universitatis, hunc enim Zeno determinat factitorem, qui cuncta in dispositione formaverit; eundem et fatum vocari et deum et animum Iovis et necessitatem omnium rerum. (Wachsm. fr. ph. 30).

42. 43), fatum denique (*εἱμαρμένη*) (No. 6*β*. 19. 41—44), et providentia (*πρόνοια*) omniumque rerum necessitas (No. 42. 43). Corpus eum esse, quippe quae sit summa causa agens, minime erit ambiguum (No. 11. 25. 46).

7. Restat, ut addam, quibusnam praeterea argumentis Zeno deum esse demonstraverit. Atque primum quidem praeter probationes supra p. 28 sq. allatas inde quod omnes homines deos colerent i. e. e consensu gentium conclusit, esse deos (No. 47).

No. 44. Diog. Laert. VII, 149. *καθ' εἱμαρμένην δέ φασι τὰ πάντα γίνεσθαι Χρύσιππος ἐν τοῖς περὶ εἱμαρμένης καὶ Ποσειδώνιος ἐν δευτέρῳ περὶ εἱμαρμένης καὶ Ζήνων, Βόηθος δ' ἐν τῷ πρώτῳ περὶ εἱμαρμένης. ἔστι δ' εἱμαρμένη αἰτία τῶν ὄντων εἰρομένη ἢ λόγος καθ' ὃν ὁ κόσμος διεξάγεται. καὶ μὴν καὶ μαντικὴν ὑφεστάναι πᾶσάν φασι, εἰ καὶ πρόνοιαν εἶναι. καὶ αὐτὴν καὶ τέχνην ἀποφαίνουσι διά τινας ἐκβάσεις, ὥς φησι Ζήνων τε καὶ Χρύσιππος . . .*

No. 45. Sext. Emp. Math. IX. 107: *δυνάμει δὲ τὸν αὐτὸν τῷ Ζήνωνι λόγον ἐξέθετο* (sc. *Πλάτων*)· *καὶ γὰρ οὗτος τὸ πᾶν κάλλιστον εἶναί φησι, κατὰ φύσιν ἀπειργασμένον ἔργον καὶ κατὰ τὸν εἰκότα λόγον, ζῶον ἔμψυχον νοερόν τε καὶ λογικόν.*

No. 46. Augustin. contra Acad. III, 38. (Stein I, p. 20 adn. 25) nec quidquam esse praeter hunc sensibilem mundum, nihilque in eo agi, nisi corpore (sc. Zenoni placuisse.)

No. 47. Sext. Emp. Math. IX, 133: *Ζήνων δὲ καὶ τοιοῦτον ἠρώτα λόγον. τοὺς θεοὺς εὐλόγως ἄν τις τιμῴη. τοὺς δὲ μὴ ὄντας οὐκ ἄν τις εὐλόγως τιμῴη· εἰσὶν ἄρα θεοί. ᾧ λόγῳ τινὲς παραβάλλοντες φασὶ »τοὺς σοφοὺς ἄν τις εὐλόγως τιμῴη· τοὺς δὲ μὴ ὄντας οὐκ ἄν τις εὐλόγως τιμῴη. εἰσὶν ἄρα σοφοί.« ὅπερ εὐκ ἤρεσκε τοῖς ἀπὸ τῆς στοᾶς, μέχρι τοῦ νῦν ἀνευρέτου ὄντος τοῦ κατ' αὐτοὺς σοφοῦ. ἁπαντῶν δὲ πρὸς τὴν παραβολὴν Διο-*

Sed etiam item atque Aristoteles ex omnium rerum versatione motuque ultimam causam moventem, ex universi pulchritudine ornatuque ultimum vicissitudinum ordinumque auctorem interpretatus esse videtur, quae probandi ratio haud ita multo distat ab iis, quae philosophi cosmologicam et physico-theologicam nominaverunt.[1])

γένης ὁ Βαβυλώνιος τὸ δεύτερόν φησι λῆμμα τοῦ Ζήνωνος λόγου τοιοῦτον εἶναι τῇ δυνάμει »τοὺς δὲ μὴ πεφυκότας εἶναι οὐκ ἄν τις εὐλόγως τιμῴη.« κτλ.

No. 47a. Philodemi de piet. fr. C. 8 (Dox. p. 542. 543.)

c. 8. 1 *δεῖ τὴν (δ)ύναμιν,*
οὖσαν συνα(π)τικὴν
οἰκε(ί)ως τῶν μερῶ(ν
πρὸ(ς ἄ)λληλα καὶ ἐκ
5 *. . . . ων, τὴν δ' ἀνα-*
τολὴ)ν ἡ(λί)ου καὶ κύ-
κλησιν) ἢ περίοδ(ο)ν
31 *τ(οὺ)ς*
δὲ ὀρθοὺς (λόγ)ους καὶ
σπουδαίας διαθέ-
σεις Διοσκούρους

---

[1]) Ad Zenonem enim nonnulli loci pertinere videntur, quos in fragmentorum ordinem sua numeri nota recipere veritus, tamen additis notis a, b, c ad fragmentum 47 adieci. Namque veri simillima quidem eorum Zenonea origo, at non certa. Atque primum quidem totam Sexti Empir. particulam, quae exstat adv. Math. IX, 75—87 (No. 47b sq.) Zenoni tribuere vix dubitaverim. Cum enim nihil in ea insit, quae ab eius doctrina abhorreat, multa insuper redolent Zenoneam sententiam modumque dicendi. Agedum confer hos locos.

1. 75, 17: *ἡ τοῦ περιέχοντος διακόσμησις*, 79, 25 *μεταβολαὶ τοῦ περιέχοντος*, 83, 13 *τοῦ περιέχοντος*, 84, 20 *περιέχει τὰς φύσεις* (= 85, 22) cum adn. ad No. 68 infra. (Praeter Zenonem Aristoteles nimirum hoc verbum usurpare solet; at ab Aristotele multa huius partis prorsus discrepant velut illa similitudo *καθάπερ ἡμῖν ψυχὴ πεφοίτηκεν* [76, 26]) Ceterum cf. infra p. 35, 6
2. 75, 22 23 *τὴν τῶν ὅλων ὕλην* cum No. 5 *τὴν τῶν πάντων ὕλην*;

4. DE ZENONIS QUI DICITUR „PANTHEISMO".

Quodsi in quaestionem inquirimus, num igitur Zeno prorsus idem esse deum et mundum docuerit, simul et negandum videtur et concedendum. Vera enim essentia eaque corporea unum eundemque esse mundum atque deum et vi-

No. 47b. Sext. Emp. Math. IX, 75: *σκοπῶμεν δὲ καὶ τὸν ἀπὸ τῆς τοῦ περιέχοντος διακοσμήσεως. ἡ τοίνυν τῶν ὄντων*

75, 22—23 *τὴν ὕλην κινουμένην* cum No. 19. 20 *δύναμιν κινητικὴν τῆς ὕλης*

3. 75, 24 *εὐλόγως ἂν σκεπτοίμεθα* cum No. 47 *εὐλόγως ἂν τιμῴη*;
4. 76, 26—27 *καθάπερ ἡμῖν ψυχὴ πεφοίτηκεν* cum No. 100.
   76, 26—27 *δύναμίν τινα δι' αὐτῆς* (sc. *τῆς ὕλης*) *πεφοιτηκυῖαν* cum No. 48 *διὰ πάσης οὐσίας πεφοιτηκέναι τὸν θεόν.*
5. 77, 5 *τὸ γεννητικὸν λογικοῦ . . αὐτὸ λογικόν ἐστιν κτλ.* cum No. 36*γ*. Mundus generat animantes . . animans est igitur mundus. cf. No. 68*γ*.
6. 78, 12 *φυτὰ καὶ ζῷα* Zenon solet usurpare coniuncta, cf No. 23*β* *οἷον ἐν φυτοῖς ἐστι καὶ ζῴοις.*
7. 82, 11 *τὴν κατὰ ἄνεσιν καὶ τὴν κατὰ συμπιεσμὸν διάθεσιν.* cf. adn. ad No. 99: *παρειμένου τοῦ τόνου.* Aët. Plac. V, 24, 4. Plut. Pl. V, 24. (Dox. p. 436): *Πλάτων οἱ Στωικοὶ τὸν μὲν ὕπνον γίνεσθαι ἀνέσει τοῦ αἰσθητικοῦ πνεύματος.*
8. 85, 23: *οὐ γὰρ οἷόν τε τὸ ὅλον τοῦ μέρους χεῖρον εἶναι* cf. No. 68*β* *ὅθεν οἷόν ἐστι τὸ μέρος τῇ δυνάμει τοιοῦτον πολὺ πρότερόν ἐστι τὸ ὅλον.* cf. No. 76*γ*.
9. 86, 30 *ἔηψυχά τινα καὶ νοερὰ . . ζῶα* cum No. 45: *ζῶον ἔμψυχον νοερόν τε καὶ λογικόν* et No. 38.
10. Ad sententiam loci 86 87 fortasse pertinent Lactant. instit. VII, 7, 13 esse inferos Zeno stoicus docuit et sedes piorum ab impiis esse discretas et illos quidem quietas ac delectabiles incolere regiones, hos vero luere poenas in tenebrosis locis atque in caeni voraginibus horrendis

dimus et p. 37 unum sub adspectum subiciemus. Unum igitur et idem *τὸ πάσχον* et *τὸ ποιοῦν.* — At tamen mundus peribit, deus manebit; quod inveniri potest maius discrimen? — En illa, quae saepius occurret, Citiensis cum ipso dissensio.

οὐσία, φασίν, ἀκίνητος οὖσα ἐξ αὑτῆς καὶ ἀσχημάτιστος ὑπό τινος αἰτίας ὀφείλει κινεῖσθαί τε καὶ σχηματίζεσθαι· καὶ διὰ τοῦτο, ὡς χαλκούργημα περικαλλὲς θεασάμενοι

11. 86 ad Zenonem pertinere denique iam Hirzel l. l. II, p. 218, adn. 1

coniecit. »Bei Sext. Emp. adv. dogm. III, 81 ff.», inquit, »wird dem *κόσμος* nur eine *φύσις*, nicht eine *ψυχὴ* zugeschrieben (vgl. bes. 84), so nahe das letztere durch die Prämissen des Schlusses gelegt war. Es ist aber nicht unwahrscheinlich, dass gerade dieser Abschnitt wenigstens teilweise auf Zenon zurückgeht.« At Hirzel perperam Sextum intellexit. Postquam 81 demonstratum est, corporum in unitatem redactorum (*ἡνωμένων*) tria genera esse: *τὰ μὲν ὑπὸ ψιλῆς ἕξεως συνεχόμενα, τὰ δὲ ὑπὸ φύσεως, τὰ δὲ ὑπό ψυχῆς*, addit in horum trium numero etiam mundum esse ponendum. Primi generis autem eum esse nequire. Deinde in § 84 pergit: *εἰ δὲ μὴ ὑπὸ ταύτης (τῆς ψιλῆς ἕξεως), πάντως ὑπὸ φύσεως· καὶ γὰρ τὰ ὑπὸ ψυχῆς διακρατούμενα πολὺ πρότερον ὑπὸ φύσεως συνείχετο. ἀνάγκη ἄρα ὑπὸ τῆς ἀρίστης αὐτὸν φύσεως συνέχεσθαι, ἐπεὶ καὶ περιέχει τὰς πάντων φύσεις. κτλ.* Ponit igitur, cum superiore quaque natura inferioris quoque qualitatem conteneri, tum mundum esse animantem (*ὑπὸ ψυχῆς διακρατούμενον*). Cum igitur, concludit, mundus animans sit, patet, eum natura comprehendi (*ὑπὸ φύσεως συνέχεσθαι*). cf. No. 68*β* *ὅθεν οἷόν ἐστι τὸ μέρος τῇ δυνάμει τοιοῦτον πολὺ πρότερόν ἐστι τὸ ὅλον.* (En Zenoneus modus dicendi.) cf. denique No. 23*β*: *ὃ δὴ φύσις ἐστὶ καὶ ψυχή.* No. 48: *καί που μὲν εἶναι νοῦν* (i. e. mundi principatum,) *ποὺ δὲ ψυχήν, ποὺ δὲ φύσιν, ποὺ δὲ ἕξιν.* No. 68*β* *πάσης γὰρ φύσεως καὶ ψυχῆς* . . No. 50*δ*: »non naturam, sed animam.« ⟨Ceterum simillimum locum invenies apud Cic. de nat. deor. II, 11, 30: »Videmus autem in partibus mundi — nihil est enim in omni mundo quod non pars universi sit — inesse sensum et rationem. In ea parte igitur, in qua mundi inest principatus (cui quidem respondet *ψυχὴ* apud Sextum), haec inesse necesse est et acriora quidem atque maiora. Quocirca sapientem esse mundum necesse est naturamque eam, quae res omnes complexa teneat, perfectione rationis excellere, eaque deum esse mundum« et cet.⟩

Hirzel contra pro domo, ut ita dicam, Sextum interpretatur. Osten-

Mundum deum esse declarat; at mundum interiturum, deum permansurum. Neque tamen variam multiplicemque qualitatum speciem re vera esse et eam aeternam diffitetur; immo qualitates, quibus illam contineri in promptu est vi-

---

ποθοῦμεν μαθεῖν τὸν τεχνίτην ἅτε καθ' αὑτὴν τῆς ὕλης ἀκινήτου καθεστώσης, οὕτω καὶ τὴν τῶν ὅλων ὕλην θεωροῦντες κινουμένην καὶ ἐν μορφῇ τε καὶ διακοσμήσει τυγχάνουσαν εὐλόγως ἂν σκεπτοίμεθα τὸ κινοῦν αὐτὴν καὶ πολυειδῶς μορφοῦν αἴτιον. τοῦτο δὲ οὐκ ἄλλο τι πιθανόν ἐστιν εἶναι ἢ δύναμίν τινα δι' αὐτῆς πεφοιτηκυῖαν, καθάπερ ἡμῖν ψυχὴ πεφοίτηκεν.

---

dere enim studet, a Zenone mundum nondum deum, quin ne *ζῷον* quidem esse putatum (atque hoc quidem in p. 214—218). Attamen Zenon compluribus locis planis hanc sententiam aperit verbis. cf. No. 45 et infra p. 36. [Ceterum Hirzel p. 217 nescio quo errore abreptus Diogenis (VII, 143) nonnulla verba ad Zenonem pertinere suspicatur, quae e Chrysippi *περὶ προνοίας* libro fluxisse Diog. dilucide affirmat]. — Sed audiamus Hirzelium rem porro agentem. »Aus der Erwähnung des Kleanthes 88,« p. 218 adn. 1 pergit, «folgt dies freilich noch nicht. Wohl aber fällt ins Gewicht, dass 86 der Glaube des Volks an die Dioskuren zu dem Beweis für die Existenz göttlicher Wesen beitragen soll. Zu demselben Zweck werden die Dioskuren auch bei Philodem *περὶ εὐσεβ.* S. 74 Gomp. benutzt und zwar offenbar innerhalb eines Berichtes über eine stoische Lehre. Nach *Διοσκούρους* bricht das Fragment Philodems ab, und es fehlt ein grösseres Stück.« Collatis deinde Ciceronis et Philodemi verbis item ac Diels Cleanthis et Persaei sententias censet sequi, hanc vero partem esse Zenonis. *δύναμις συναπτική* ei *φύσις* (natura complectens et coercens) esse et illud inter *ἕνωσις* et *συναφή* discrimen (Zeller l. l. 96, 2. Sextus l. l. 78) nondum a Zenone sed postea esse factum videtur. —

Sed dixerit quispiam, nihil obstare, quin locus Sexti Chrysippeus sit. At has attulerim rationes, quae contra Chrysippum et Zenonea videantur a parte.

1. Quamquam Chrysippi de his rebus plurima exstant fragmenta, nullum invenies huius capitis sententiarum in illis vestigium.

2. Immo Chrysippi hi loci: Cic. de nat. deor. II, 6, 16 II, 14, 38. Plut. comm. not. XLIX alii de eadem re alias ac Sextus adhibent probationes.

dere, corporeas esse confirmat et perpetuas (cf. infra cap. 6. No. 58. 59.) Cum igitur Zeno *τὸ ποιὸν* et *τὰς ποιότητας* [nempe etiam colores (No. 60) qualitates esse oportet; at videlicet ne colores quidem manebunt mundo exstincto.] corporea et sempiterna esse dicat, idem mundum, quamvis non

---

No. 47c. Sext. Emp. Math. IX, 26: *ἔνιοι δὲ ἐπὶ τὴν ἀπαράβατον καὶ εὔτακτον τῶν οὐρανίων κίνησιν παραγινόμενοι φασὶ τὴν ἀρχὴν ταῖς τῶν θεῶν ἐπινοίαις ἀπὸ ταύτης γεγονέναι πρῶτον· ὥσπερ γὰρ εἴ τις ἐπὶ τῆς Τρωικῆς καθεζόμενος Ἴδης ἑώρα τὴν τῶν Ἑλλήνων στρατείαν μετὰ πολλοῦ κόσμου καὶ τάξεως τοῖς πεδίοις προσιοῦσαν,*

ἱππῆας μὲν πρῶτα σὺν ἵπποισιν καὶ ὄχεσφιν,
πεζοὺς δ' ἐξόπιθεν,

πάντως ἂν ὁ τοιοῦτος εἰς ἔννοιαν ἦλθε τοῦ ὅτι ἔστι τις ὁ διατάσσων τὴν τοιαύτην τάξιν καὶ ἐγκελευόμενος

---

3. Illam ad *ἕνωσιν* et *συναφὴν* pertinentem sententiam non posteriores primos sed iam Pythagoricos protulisse intelleges e Sexti Math. VII, 102. Zenonem autem iuvenem apud Academicos Pythagorea imbutum esse doctrina satis est notum.

4. Cum illa Philodemi *συναπτική* (Nescio an legendum sit *συνεκτική* cf. No. 71a. 72.) voce illam *συναφῆς καὶ ἑνώσεως* doctrinam convenire non est cur negemus, quoniam similia verba imprimis apud Stoicos et amplius et angustius valere solent. cf. *περιέχειν* infra adn. ad No. 68, »omnia complexu suo coercet« No. 24*β*.

5. Quamquam Dioscuros non eadem qua Sextus sententia Philodemus commemorat (ut Hirzelio videtur), tamen etiam illud *σπουδαία διάθεσις* Zenonis esse verisimile est. (cf. No. 100).

6. Minime reticuerim denique, eas quas Sextus 76, 27 et 86 proferat sententias, Ciceronem nat. deor. II, 15, 42—16, 44 Aristoteli attribuere; at forsitan Zenon has sibi sumpserit Stagiritae opiniones. —

7. Gravissimi denique momenti No. 48, cui similem iam supra p. 33 hunc locum comparavi, ubi claris verbis Zenonem *ἕξις, φύσις, ψυχή* discrevisse est traditum. Zenoneum autem locum esse e verbis *σύμφωνος ἡ δόξα* elucet (cf. Stein l. l. 1, p. 154 et No. 23,*β*).

Sexti IX, 26 locum autem Citiensis esse suspicor, cum similis sit sententia et sequatur »*τῶν δὲ νεωτέρων στωικῶν*«, Aristotelis autem iam 23 mentio sit facta.

sit fictus et figuratus nisi ipsis illis, esse, nedum aeternum esse, pernegat. Quae cum ita sint, eum cum mundum deum esse dicit, essentiam dei intellegere liquet; at qualitatum essentiae et ipsius dei ullam differentiam non iam tibi continget investigare.[1]) cf. de eadem discrepantia infra p. 39, 1. cap. 6. 7. — Ceterum Zenonem mundum deum nominavisse constat. cf. No. 39. 45. 50*δε*. Quem Zenonis pantheismum et hylozoismum, ut cum nostris dicam, a Steinio I, 63 sq. iniuria impugnatum merito affirmat Baeumker p. 361 sq.

τοῖς ὑπ' αὐτὸν [ἐγ]κοσμουμένοις στρατιώταις, οἷον Νέστωρ ἢ ἄλλος τις τῶν ἡρώων, ὃς ᾄδει

κοσμῆσαι ἵππους τε καὶ ἀνέρας ἀσπιδιώτας,

καὶ ὃν τρόπον ὁ ἔμπειρος νεώς, ἅμα τῷ θεάσασθαι πόρρωθεν ναῦν οὐρίῳ διωκομένην πνεύματι καὶ πᾶσι τοῖς ἱστίοις εὐτρεπιζομένην, συνίησιν ὅτι ἔστι τις ὁ κατευθύνων ταύτην καὶ εἰς τοὺς προκειμένους λιμένας καταντῶν, οὕτως οἱ πρῶτον εἰς οὐρανὸν ἀναβλέψαντες καὶ θεασάμενοι ἥλιον μὲν ἀπὸ ἀνατολῆς μέχρι δύσεως δρόμους σταδιεύοντα, ἀστέρων δὲ εὐτάκτους τινὰς χορείας, ἐπεζήτουν τὸν δημιουργὸν τῆς περικαλλοῦς ταύτης διακοσμήσεως, οὐκ ἐκ ταὐτομάτου στοχαζόμενοι συμβαίνειν αὐτὴν ἀλλ' ὑπό τινος κρείττονος καὶ ἀφθάρτου φύσεως, ἥτις ἦν θεός. τῶν δὲ νεωτέρων στωικῶν φασί τινες . . .

---

[1]) Itaque Baeumker l. l. p. 353 iusto iure de Stoicis: »so bleiben sie in dem Widerspruch stecken, dass der Stoff zwar qualitätslos, die Qualitäten aber nicht stofflos seien.«

Res porro peracta una cum hac parte emittetur

in h. a.

Studiis Berolinensibus XII, 3.

VITA.

Natus sum Karl Ewald Troost Wittenis Guestfalorum XXIV. die Februarii h. s. LIV. religionique addictus catholicae. Litteris et per tres annos in »gymnasio reali« quod nunc dicitur Wittensi et privatim et per quinque annos in gymnasio Paderbornensi institutus, per quadriennium in academia Monasteriensi studiis philosophicis, philologicis, historicis operam navavi. Ubi me docuerunt vv. ill. Hagemann, Langen, Lindner, Niehues, Nordhoff, Schlueter, Spicker, Stahl, Storck. Quibus viris gratias ago quam maximas. Regii seminarii philologici rectoribus Langen et Stahl sodalis fui per sex menses extraordinarius, ordinarius per quater senos. Examen pro fac. doc. d. V. Febr. a. LXXIX absolvi. Inde a m. Octobri a. LXXVIII—LXXIX Regis castra Monasterii secutus deinceps unum annum Friedlandae Borussorum, plus decennium progymnasii Francosaxensis magister in pueris contrivi edocendis. In publicum edidi:

1. in annal. Fleckeis. 1884 p. 101—107: »Zu Aeschines' Rede gegen Ctesiphon.«
2. ibid. 1886, p. 801—811: anz. v. Platons Gorgias erklärt v. I. Deutschle u. Ch. Cron.
3. »Des Aeneas Irrfahrt v. Troja n. Karthago.« Uebertragung v. Aeneis I u. III. Berlin 1888.
4. »Unechtheit des Plat. Charmides.« Berlin 1889.
5. aliquot recensiones in »Berl. philol. Wochenschr.« a. a. 1887—1891.

Restat ut viris clarissimis, qui Vratislaviae et antea et examine rigoroso studiis meis faverunt, cum Dove, Hertz, Lipps, Partsch, von der Ropp, Weinhold, tum Baeumker, qui hanc commentationem benigne recensuit, singulares gratias persolvam.

THESES.

1. Quae a Kernio de vernaculae linguae enuntiationum membris imprimisque de »verbi finiti« quod dicitur vi ac momento proponuntur, esse reicienda.

2. Sexti Empirici adv. Math. libri XI. satis magnam partem e Chrysippi libro *π. ἀγαθῶν καὶ κακῶν* originem accepisse.

3. Chrysippo perturbationes animi, quas iudicia (*κρίσεις*) esse censet, e complurium iudiciorum inter se pugna oriri placuisse.

4. Ciceronis Tuscul. III, 25. 28—29. 31—32. 33. 34. IV, 9. 10. 13. 15. 18. 25. 27. 37. 38 partes e Chrysippi *π. παθῶν* libris fluxisse.

5. Chrysippi duos internoscendos esse libros: alterum *π. τέλους*, alterum *π. τελῶν*.

6. Chrysippi *π. φύσεως* libros quinque non ad res physicas, ut Bagueto videtur, sed ad ethicas pertinuisse.